

L

Sächsische
1 B
3891
Landesbibliothek

PENELOOPEN
GRATULATIONIBUS SOLEMNIORIBUS
CONSULI MAGNIFICO

FASCES QUARTUM AUSPICATO CAPESENTI

ATQUE

UNIVERSO ORDINI SENATORIO

INCLUTÆ REIPUBLICÆ ZITTAVIENSIS

AMPLISSIMO PRUDENTISSIMOQUE

FACTIS

FUTURO DIE JOVIS

H. L. Q. C.

IN SCENAM PRODUCTUM IRI

SIGNIFICAT

ADAM DANIEL RICHTERVS,
GYMNAS. DIRECT.



ZITTAVIÆ LITTERIS FRANKII.

1772



ORATORIUS DE MELLO ORATIONES

Repte omnino dixit Cicero *Lib. II. de Nat. Deor.* quod nullus magnus vir fuit sine adflatu divino. Heroica enim virtus non inest natura aut doctrina comparatur, sed Deus aliquando unum præ aliis hominibus magno animo instruit. Licet autem Heroës divinitus excitati sint, tamen nihil tetrius, nihil fœdius excogitari potest dolo et insidiis, fallacia & crudelitate, quæ in magnis heroibus plerumque existunt. Quum enim in magnis animis nil parvi accidere solet, sic fit ut omnia in illis in utramque partem magna sint. Quoties igitur aliquis magnus & insignis heros surgit, tunc in bello evertuntur etiam magnæ urbes, non quidem sine Deo, qui per magnos duces a se excitatos vult puniri in urbibus magnis magna peccata hominum. Quoniam autem magnas urbes evertere generatim omnino triste & fœdum est, magni etiam heroës plerumque insimul Sophistici sunt & prætextum, speciem juris & honesti habentes, quærunt ad excusandum istam suam injustitiam. Sed sicuti istis heroibus, quod magnas urbes everterint, prorsus tamen non potest honori cedere, sic etiam isti eversores civitatum plerumque ipsi reportant fortē, quæ, si prima specie læta est, progressionē tamen, dum gratiam aliquando etiam apud eos ipso, in quorum gratiam urbem evertebant, ipsi sibi suam evertunt, dura & eventu demum tristis fieri solet. Quamuis enim Deus duces heroicōs, sicut cum servet sic etiam cum mutet res publicas, peculiari modo aliquando custodiat, tamen omnes fere eversores urbium tragicum habuerunt exitum, quum Deus eorum impetum non modo frangit, sed istos



istos duces ipsos, vel diu post posteros saltem eorum male perdit. Qua de re, satis quidem vera, unum documentum ex eversione Trojæ jam capimus. Omnes expugnatores Trojæ mala prorsus multa & varia, quæ a Deo definita dicas esse fataliter, experti sunt, ex quibus tamen rursus unum *Ulysses* si jam protulero, alios non dicam. *Ulysses*, magnus heros & callidus homo, cui hoc justum, hoc honestum, quod ad iram suam explendam utile fuit, postquam Troja consiliis ejus & astutia eversa & deleta erat, a Troja deinde profectus non solum ipse, caris sociis in pœlio cum Ciconibus amissis, ad Lothophagos, ad Cyclopum insulam, in Scyllam & Charybdin delatus, maris etiam procella non semel in pontum abreptus, rate excussus, & alia multa mala in hoc suo itinere perpessus, lacrymosum redditum habuit, sed, post viginti annos in terram patriam redux, Penelope etiam uxorem suam ærumnis prorsus absuntam & a procis superbis, qui victimum ipsi consumebant, misere vexatam invenit, & tandem ipse non diu post in campo ab hosti- bus trucidatus periit.

Penelopen igitur, quum ab antiquo *Musis Zittaviensibus* usitatum est, ut auspicis Regiminis Urbis anniversariis *Magnificis Consulibus*, *Illi*, qui gubernacula superioris anni feliciter posuit, et *Novo Consuli*, qui auspicato ad gubernacula nunc denuo sedere cœpit, atque *universo Ordini Senatorio Amplissimo* regimen novum piis verbis gratulari & deinde suam submissionem *Dramate* etiam *latino* quodam testari soleant, iam in præsenti elegimus, ut discamus exemplo, quod *Paulus* non frustra jubeat precari pro omnibus, maxime vero pro *Magistratibus*, quorum in pace subditi etiam & Cives in pace esse possunt, videntes, quod *Ulysses* damna in suam ipsius *Itacam*, & in suam ipsius domum penetraverint.

Rogamus itaque omni, qua decet & par est, observantia & humanitate, ut *Magnificus & Amplissimus Senatus*, utque *omnes & singuli Eruditi, nobilissimi & clarissimi*, nec non *illi*, qui *Musis nostris amici* sunt, crafino die Jovis, d. XVII. Septbr. audita hora II. post meridiem, huic publicæ pietati Gymnasii nostri sua honorifica & gratissima præsentia interesse, *Gratulantes auribus & Agentes in Scena oculis faventibus & audire & spectare velint.* P. P. Zittav. d. XIII. Septbr. MDCCCLXXII.

Partes Gratulantium obtinent :

1. *Carolus Benjamin Kästnerus*, Orat. german.
2. *Benjamin Traugott Steinmetz*, Orat. lat.
3. *Johannes Christoph Pursche*, Friedersdorf. Lusat. Orat. lat.

Conspectus Dramatis

Act. I.

- SCENA I. *Penelope* affirmat *Iphicrati*, se malle mori quam nubere.
SC. II. *Tyndarus* nuntius accedit de morte *Telemachi*.
SC. III. *Iphicrates* sorori promittit mortem ulcisci *Telemachi*.
SC. VI. *Sacerdos* mala omina, quæ in victima mactanda habuerat, ad *Reginam* refert.
C. V. *Penelope* fratri suo mandata suprema significat.

Act. II.

- SC. I. *Ulysses* procumbens terram patriam adloquitur.
SC. II. *Ulysses* *Tyndarum* & deinde *Tyndarus Ulyssem* agnoscit.
SC. III. *Tyndarus* de *Ulysse* timet, quod *Penelopen* de nuptiis suspectam interficere minatus sit.
SC. IV. *Ulysses*, quem *Penelope* vultu suo in veteres ignes revocaverat, redit, impetum suum remittit, suspicionem tamen suam de causa *Reginæ* nondum remotam amplius *Tyndaro* exponit.
SC. V. *Penelope*, cum fratre seperatim collocutura, rogat *Tyndarum* cum *hospite*, qui *Ulysses* nondum agnitus est, ut interim alium ad vicinum locum velint succedere.
SC. VI. *Penelope* fratri de sua sibi suis in nuptiis morte sua manu paranda aperit.
SC. VII. *Ulysses* cum *Tyndaro* rursus accedit & *Penelopen* de vita sui mariti certiore, de fidè autem illius incertam facit.
SC. VIII. *Ulysses*, ipse dubius, *Penelopen* morientem servare, an mori pati debeat, furiis tandem exagitatur.

Act.

Act. III.

- sc. i. *Ulysses*, velut e somno vigilans, circumspicit & incertus est, num vera viderit.
sc. ii. *Telemachus* accedit & se *Ulyssis* filium profitetur.
sc. iii, *Tyndarus* affirmat *Vlyssi*, quod *Reginam* servare, si velit, nunc possit; *Vlysses* *Telemachum* in monumento occultat.
sc. iv. *Tyndarus* *Ulyssem* de fide conjugis suæ amplius certorem facit & monet, ut illam servare velit.
sc. v. *Pastor Tyndaro* nuntiat, quod *Penelope* Regem suum adventantem videre gestiat.
sc. vi. *Vlysses* mittit *Tyndarum*, ut de se *Reginæ* commissa nuntiet.

Act. IV.

- sc. i. *Vlysses* fatetur, quod conjugem amet, sed metuat fœminam.
sc. ii. *Tyndarus* *Vlyssi* nuntius venit, quod *Penelope* ad ipsum in via sit.
sc. iii. *Vlysses*, hospitis persona nondum posita, tradit *Reginæ* urnam, in qua ossa *Vlyssis* lateant.
sc. iv. *Pastor* nuntiat, quod rumor de adventu *Vlyssis* milites *Antinoi*, qui procul est, jam armare incipiat, & quod militum manus jam advolet.
sc. v. *Centurio* quærerit ex *Regina* de rumore *Vlyssis*.
sc. vi. *Vlysses*, sub persona hospitis, roget *Penelopen*, dum illa rursus mortem sibi parare cupit, ut manes *Vlyssis* antea placare instituat.
sc. vii. *Centurio* redux mittit milites suos, ut populum de *Vlysse*, quem sibi vivum sperent, tumultuantem coērcent, *Vlyssem* autem, qui *Reginæ* venenum in extremis malis sumendum, tanquam ab *Vlysse* suo missum, tradit, secum abducit.
sc. viii. *Penelope* liquorem, venenum falso & muneris instar sibi ab Ulyssè missum reputans, lubens nunc bibt.
sc. ix. *Penelope* *Tyndaro*, quærenti, ubi hospes? dicit, quod fœvo milite abreptus sine dubio mortem jam ferat, quo audito *Tyndarus* se statim præcipitem agit.

Act. V.

- sc. i. *Sacerdos* cum suis sacrificium apparat & monumentum deinde aperit, *Penelope* autem sumta in manus urna eo procedit.
sc. ii. *Telemachus* e monumento prorumpit, *Penelope* territa

retro recedit, sed vivum deinde suum *Telemachum* agnoscit.

sc. III. *Tyndarus* ab *Vlyffe* latus nuncius advenit, quod vivat, quod adsit, & quod *Ithaca* illum suum *Regem* jam habeat.

sc. IV. *Milites*, in pugna vieti & delapsi, advolant & *Reginam* veniam & salutem poscunt.

sc. V. Tandem accedit victor *Vlysses* ipse & suam *Penelopen* latus amplectitur.

Breve quasi *Epimetrum*, quod *Penelope* subsequetur, suo nomine *Marsupium* nuncupatur, & materiam habet in sequentem: Cantabat nimirum quotidie in officina latus futor, cum vicini certarunt os occludere, si *Marsupium*, quod postea multis testibus & jure repetierunt, ante ejus aedes collocaretur. Id factum eo exitu, ut pauperulus futor invento *Marsupio*, anxius & sollicitus ubi aurum abstruderet, immemor omnis cantus, & expers gaudii esset; dum vesperi ad judiceni vocatus, *Marsupium* reddidit, & simul ad consuetos cantus rediit.

Conspectus hujus Epimetri

Act. I.

sc. I. Cantanti *Savatae Sulpicius Marsupium* objicit.

sc. II. *Savata* inventum *Marsupium* domi, clam servo, abscondit.

sc. III. *Savata* domum claudi mandat.

sc. IV. *Sulpicius* obvium *Savatam* frustra invitat ad prandium.

sc. V. *Savata* sollicite hoc illuc aurum transportat.

sc. VI. *Coriolus* accersit medicum insano hero.

Act. II.

sc. I. *Savata* non tutus domi, aurum ruti in diruto Fidei templo abdit.

sc. II. *Savata* *Gripum* quasi auri consciū excutit.

sc. III. *Gripus* insidiatur *Savatae* aurum suum in sylvam transportanti.

sc. IV. *Gripus* observatur a *Tranione*, queritur a *Palæmone*.

sc. V. *Gripus* exultat reperto auro.

sc. VI. *Tranio* reperti auri vult esse particeps.

sc. VII. *Marsupii* arbiter fit *Palæmon*, qui & ipse in ejus partem venire contendit.

Act. III.

sc. I. *Savata* ablatum dolet marsupium.

SC.

sc. ii. *Tranio* promittit *Savatae* se indicaturum ubi sit marsupium, si dimidiā partem auri velit dividere.

sc. iii. *Savata* provocat in jus *Palæmonem & Gripum*.

sc. iv. Dum advocatus eligitur *Sulpitius*, hic marsupium esse suum affirmat, & ad senatum appellat.

Act. IV.

sc. i. *Gripus* clam cum marsupio fugam cogitat.

sc. ii. *Coriolus* fugientem fistit *Gripum*.

sc. iii. *Savata* a *Gripo* extorquet marsupium.

sc. iv. *Tranio* ubi audit *Savatam* recepisse marsupium,

sc. v. *Gripus* simul & *Palæmon* recipiunt marsupium.

sc. vi. In senatum vocantur *Competitores* marsupii.

Act. V.

sc. i. *Savata* dicit causam suam in senatu.

sc. ii. *Gripus & Palæmon* de marsupio contendunt.

sc. iii. *Tranio* probat jus suum.

sc. iv. *Sulpicius* suum marsupium refert.

Index Actorum in Dramate.

Ulysses, Rex Ithacæ, *Johannes Carolus Augustus Mærbitz*,
Radmeritz. Lusat.

Penelope, Regina Ithacæ, *Ernestus Gottlob Moser*, Jonas-
dorf.

Telemachus, horum filius, *Christian Gotthelf Benjamin Pe-
scheck*, Eybau. Luf.

Iphicrates, frater Penelopes, *Carolus Traugott Gæsselius*.

Tyndarus, Telemachi ~~filius~~^X, *Ernestus Christianus Dros-*
coines
selius.

Sacerdos, *Christianus Augustus Ludwig*.

Pastor, *Benjamin Gotthelf Knothe*.

Centurio, *Johannes Ulricus Wiedemann*, Vlmens. Suevus.

Decurio, *Christianus Godofredus Bæhmer*.

Personæ agentes in Marsupio.

Sauata, sutor, *Johannes Gottlieb Seidelius*.

Coriolus, servus, *Ioannes Carolus Kæstner*.

Palæmon, rusticus, *Christianus Gottfried Jungius*.

Gripus, servus, *Ioannes Gottlieb Nies*.

Tranio, Venator, *Ioannes Friedericus Gottlob Fiscberus*.

Sulpiti-

*Sulpitius, Advocatus,, Christianus Ferdinandus Benjamin
Vilmannus, Budiss.*

*Clito, Hospes, Christianus Gottlieb Gærberus, Wellers-
dorf. Inf. Luf.*

Iustinus, Senator, Benjamin Gotthelf Knothe.

*Machaon, Medicus, Gotthelf Lebrecht Schneiderus, Hirsch-
Præco, Christianus Godofredus Bæhmer. feld. Luf.*

CANENDA

post Actum II.

Insurgat orcus cum furiis suis,
Et quidquid unquam terrigenas movet
Terrore, sentiat Laërtæ

Filius, ejus & uxor alta.

Fraus & timores vertite funditus

Injuriosi splendida limina

Vlyssis, inventoris artis,

Quæ parat insidias dolosas.

Insurgat orcus cum furiis suis,

Furore diro, sic voluit Venus,

Ut destruamus tota tecta,

Queis Ithacense solum superbit.

Ante Actum V.

Inclyti Regum, placide manes,
Seu leves circum hic volitatis umbræ,
Seu tenebrosis vacui sub antris
Ducitis ævum;

Sive supremas habitatis oras,

Sede ubi digna meritos recepit

Astra vos inter numerans Olympus,

Este vocati!

Este placati facileisque Divi!

Regiis charum manibus maritum

Condet hic uxor misera & profundo

Mersa dolore.



1 B 3891

Datum der Entleihung bitte hier einstempeln!

